

Res.

Imp. Ev.
séc. XVI

N.ºs

9, 10

VIII CENT. DA
RECONQUISTA
CRISTÃ DE ÉVORA

— — —

EXP. BIBL. E ICON.
B. P. E. — N.º 349

ADOS

G. E. V. C. 3 D. n° 17

Chamars 145 - d. 2: -

~~n° 17~~

Reinardo n° 155

L. AND. RESENDII

LVSITANI.

EPISTOLA DE VI-

TA AVLI

CA.



L. Resendius Lusitanus,
Petreio Aphanī suo.



I finem neq; tu facis petendi,
Negandi neq; ego, est Petrei timēdū
Dicat ne arbiter alterum molestum,
Alterum sine fine contumacem.

Quare quum dirimi optimum putarim
Hanc litem, tibi habe quod expetescis,
Carmen quo terigi, litentiore
Forrassis calamo, aulica hæc. memento
Tu uero, neq; cui libet, nec extra
Domus septa tuæ, hæc licet iocosa,
Vulgare. hanc nisi gratiam reponas,
Quod randem fuerim obsequens amico,
Ut ridere tibi sat esse tecum
Non ducas, auidus nisi sodalem
Ostentandi, homo candidus bonusq;
Traducas potius, mihi undecunq;
Quacunq;, et merito, obcinatur illud,
Fœnum in cornu haber, ut boui maligno,
Insignit quem ideo hac nota magister.

L. And. Resendii Lusitani, Epistola de uita
Aulica. Ad Speratum Marrianū
Ferrariam Lusi-
tanum.



A R S animi nostri quid agis Spera-
re? uales ne?

Pieris ecquid agit tua nunc? nostra,
aulica facta,

Adcipe ut ætatem, medios sine more tumultus

Inter, agar. solet aula suo peruertere ritu

Ferrea Naturæ iura, et stata tempora, quæ non

Hoc iubar ætherium uariet, nec sidera murent,

Nec mutant, qui quod statuit Natura, sequuntur,

Et seruant anni, mensesq; et secla ferarum.

Hunc ne globū Sperate uides, quē dicere mūdū

Sueuimus? hunc orbem, quo præcipitāre rotatu

Voluatur, ueluti statuit qui condidit illum?

Vtq; ferat, referatq; facem? Pallantidos orru

Quum surgit, dixere diem. quam reb. agundis

Constituere dei miseris mortalib, horam.

Qua cœrus celebrare decet, qua quærere uictū.

Quod quia nouerūt tempus uolucresq; feræq;

Tunc pascuntur, eunt quo fert sua quāq; libido.

At quū flāmiuomos Pyroinq; Phlegōaq; nostri

Iā lauit unda Tagi, noctem adpellare solemus.

Propositis

Subiunctio

*Subiunctionis
probatio.*

Tunc taciturna quies, et tempus inire cubile,
 Et dulceis somnos, fessiq; dare otia membris.
 Nocte silēt nemora alta, silent uolucresq; ferēq;
 Dum repararet Phœbi roseum Matura nitorem.
 Tunc repetendæ operæ nobis, et membra refora
 Corripienda toro, uolucris quum quæq; saluter
 Garritu iubar exoriens. Aliter tamen aula
 Nox ubi facta dies, et mani stertitur altum
 Quum minus ad sextam. contra, lux alma diei
 Vertitur in noctem. dormitur luce diurna,
 Nox abire ex somnis. tunc, damnosusq; fritillus,
 Senioq; et posita concluditur alea mensa.
 Et quo quisq; magis noctē uigilauerit, almam
 Dormieritq; diem, sibi eo regalior, atque
 Nobilior, Tuscaq; magis de stirpe uiderur.
 Viuere naturæ tu conuenientius aude,
 Nobilium ex albo radere, interq; minutas
 Et uileis miserorū animas numerabere, fossor
 Quod quasi, præduro qui curra diaria tota
 Luce bidente meret, sudore et puluere uictus,
 Sideris exspectes casum, et quū Phosphorus axē
 Vix Hyperionium reuehat, iam more fabrorum
 Incudem incipias ictu pertundere crebro.
 Sanius hunc nostrum furere ad suefecimus, horā
 Solis ut ad quartam surgat. Tunc ipse uocatus
 Adsum, formando eloquio, donec prope sexta
Adperit

Propositionis
 probatio

Adperit, et medium sublimia adscenderit orbem
Titanis quadriga citi. sacroq; peracto,
Atq; salutigero grege plenis ædib. itur
Ad mensam. si forte locus uacat, ipse quoq; una
Adcumbo, at uescor tacitus, seruoq; loquenteis.
Tum uero audire est mendacia mille referri.
Ille, ut aduletur, qua Lusitania nostra est,
Iam uocat Elyfias sedes, iam mœnia diuum.
Ille, suas memorat pugnas. ut solus in hosteis
Mille ruit. pugno quot malas fregerit uno
Ipsius proauus, quot menta euulserit. audis
Hunc tam magnifice flâtem mera prælia? uoces
Alcide dignas? oculis en adspice limis,
Non trux adspectus, non horrent brachia uillis,
Leuia quin blando attritu facit arida pumex
Ora. rubentq; genæ, cirros calamistra retorquêr,
Vdaq; malobarro Assyrio coma sorder. abolla
Pellira exuuiis fibrinis, atq; superba
Mure peregrino, infectas effœminat auras,
Quum foret huic caprû redolere decenrius alter
Narrare obcipiet mœchas quot amauerit. unum
Se propter, quot iam mortem oppetiere puellæ,
Et quot uirginib. rapuit blanda arte pudorem.
Atq; erit is forsan Polyphemo toruior, Aetnæ
Rustica quem fugit iuga per Galathea sequêrê.
Ille, manus uinctus post terga, armisq; grauarus,

*Narcissus
medicus italy*

*Familiæ de
quixada*

*Alphonse
Silvius*

*Fombedro
de querman*

Doctor
Libera
tabulen

quilibet

Aut pollinctorum quicquam opij per ore meum

Transiliebat equum plantis coeuntibus, atqui
Me nil peius habet, quam pinguis bælua, librum
Quæ modo de uictus scripsit ratione, latinis
Vocib, interdum, sed quas Vespillo cacaret,
Aut pollinctor, eorum qui ære minuro
Sandapilas gestare solent, soliisq; cadauer
Condere fictilibus, melius, contentus Ibero
Si sermone foret, librum protendit, et auctor;
Clamat ego istius sum libri, Cæsar ubique
Quem legit, inq; sinu gestat, mediciq; rotundo
Ore opus esse sui dicit, tunc ipse rogatus,
Fætores illos, unguenta exorica cogor
Dicere, quid faciam? nisi laudem, liuide uates
I licet audiero, mentimur rurius, aulæ
Libertas odio est, fallendi nescius, et cui
Candida simplicitas placeat magis, exeat aulâ.
Nunquam heic rem faciet, feбри morietur acuta,
Oscula ni libro quantum uis figat inepto,
Et saltem medico lacrymam præsenre coactam
Excudat, stillerq; super, rugosa cachinnum
Sanna licet moueat, multrum dicentis ab ore
Pendeat, Interea non deerit mentio, quidnam,
Qua ratione, citam constringat ualidius aluum,
Constrictamue ciar? quando deducitur, utris
Vtilius, merdis ne fluentib, an ne coactis?
Tu patere hæc, quamuis te nausea uexer, abire

Quum

Quum tibi non liceat, renerum, nimisq; solutū
Delictis quin te inclament. rideberis absens.
En tibi. quid faceret, si forte cadauera supra
Putria, opus foret in castris prandere, nateisq;
Interfecti hostis stomacho pulsare ualenti,
Forrib. ut mos est? Vbi mensa remota, sedere
Cogor ad octauam. non est ciuile, repente
Prorupisse foras. maiestas aulica mores
Longe alios poscit, quam quos Parnassia rupes.
Inde ubi nona uenit, rapior conclaue ad herile,
Longaq; perperior fastidia grammaticorum
Quod spatii super est, ad meram solis Iberi,
Et treis noctis adhæc horas. Cognoscere quātū
Discipulus pergat, cupies. spes Hercule magnas
Concæpi, balburit adhuc, sed scribit, et audet.
Iupiter ut ualet ingenio, ut rimatur acute,
Plus etiā interdū, quā uellem. aliquādo resistit,
Obduratq; tenax. ego tunc permitto labascar,
Et casum tacite exspecto. sudauit, et alsit,
Tādē ubi se implicitū sentitq; hæretq; magistrū
Mitior implorat. se damnat, et arguit ipse,
Sponseq; dat pœnas, blanditur, et adlicit. ohe
Hunc mihi tu narras? non uidi dulcius unquam
Ingenium, nec come magis. mirabere forsan
Mi Sperate, uirum, crudo qui Martē iuuentam
Hauferat in Libye, suerus Nasamona ferire,

Ad Heronem

probatio

progreſſio

Doctus Hamaxobium celerē superare, paleſtræ
Eſſe adeo Muſarum aptum. Natura benigna,
Et genus antiquum facit hoc, ut nobile robur,
Nobileq; ingenium, bene coniungantur in uno.
Et neq; crediderim tantum Mauorria tela
Virgineos horrere choros, quum ſerra perantur
Forrib. a luco Muſarum, et amata triumphis
Laurea. Tyrræi fuerit quum caſtra ſequuta
Calliope, et quorū modo nō meminiffe uacabit.
Quum licet horrēda nubar ſe Gorgone Pallas,
Atq; haſtile uibret, poſiris placatior armis,
Theſpiacos intret ſaltus, placidaſq; reuiſat
Aonidas. Quū quarta uenit iā noctis, ad ipſam
Egredimur cœnam, donec me quinta cubilis
Ad ſecrera rapit. paulūq; ibi obambulo. deinde
Vix ubi quinq; horas dormiui, ſurgo, meaſq;
Ad nugas cupidus redeo, dum quarta diei
Oria conturbar. lego, componoque, tamen ſi
Non adeo uegetus. Nā poſtquā incūbere chartis
Plus nimio adſueui, dolci retinente Thaleia,
Crudior euasi. quare quum bruma cohercer
Luce dies breuiore, fere nil indigus eſcæ,
In cœnatus eo cubitum. diſtinguitur iſto
Ordine mi tempus, donec ſeceſſib. illis
Pieriis reddar. mos hic meus. at tamen odi
Hanc uitam, et diris qui me illi primus adegit
Deuoueo

Deuoueo. quis enim fastidia, uel probus, aulæ
 Vel simplex rulerit? quis tam feliciter unquam
 Vixit, et innocuus, quem non conroserit aula
 Dête malo? expertus, citius reat Arcadas inter *ad un-*
 Viuere posse lupos in læsum morsib. agnum. *possibili.*
 P'sillus erit, cui non possint nocuisse cerasæ, *a simili*
 Et, solo intuitu faciunt quem uisa nocentem,
 Regulus, aut fœdam depictæ cêchrides aluum,
 Chersydriq; feri, serpentum et quidquid arenis
 Gignitur in Libycis, postq; illac Gorgone cæsa
 Remigio alarum rasit leuis aera Perseus.
 Carminib. diris opus est, ut sibila ponant
 Ora minas, uirosa premant et spicula dentes.
 Viuiff haud secus heic. nimiû sit blâdus oportet, *conlatio*
 Et facilis nimium, et medicato carmine menreis
 Mulceat, in quem non retrû uomat aula uenenû.
 Rarus Aristides aulæ placet, arria gaudent *amplificatio*
 Magna uiris nequam, nomen deferre paratis
 Ventris ad imperium. quis enim iucundior illis
 Adcumbar mensis, domini conuiuia, cliensque,
 Quam Gnato, et arbitrio regis mutare subinde
 Dicta sui pronus, quem non pugnantia secum
 Dicere dispudeat, coram laudare patronum
 Immodice possit præ cunctis, atque minerur
 Fortiter absenti, si contradixerit: illic
 Disquirit quid quisq; gerat. male comitur ille,

Induitur misere, sordeis amat. ille capillum
Et barbam, plumbo pectit, craniiq; senilis
Leuorem regit ille coma, quam nocte reponar,
Ceum gladium, aur uesteis, ubi mutatoria feruus
Custodit. fœde hic rem decoquit. ille paternum
Præcipitat funus. quem non spoliauit amica,
Alea peruigilem depauperat. ille lupanar
Crebro adit, atq; olidis mergit se ganeo lustris,
Securus famæ. *σικελ' & ei* curpius ille.
Ille emit arma quibus quouis spoliæ ab hoste.
Hic libris inhiat, chartis pallefcit, et aulæ
Inscius, immodice Ciceronem, Virgiliumque,
Et latias nugas, odio se inculcat ineptus.
Nam datur id uitio, quod nec putat aula uirile,
Atq; uirile magis Getica stribligine toruum,
Sauromataue loqui. raros trahit aula peritos.
Quosq; trahit, ludus fiunt, et fabula uulgo.
Quo mirere magis, qui nulli parcit, in omneis
Qui sine delectu sæuit, qui crimina inurit,
Atque uerecundo nulli referenda, faceris
Dicetur, falseq; dicax, beneq; aulicus. inter
Hos ramen inuenias multos barbaq; comaque,
Atque supercilio tristeis, studioque sagatos.
Quos, nisi quod rigidis uelari bardocucullis
Stoicidas simulant, poteram dixisse clienteis,
Nequius aut aliud. nã nemo garrit in aurem
Improbis,

Improbior. nam nemo malas impensius arceis
His colit, ambitio quam quos, dirus ue cupido
Pontificalis habet decoris. procerumq; fauoris
Sectores, scelus atq; nefas in quodlibet audent.
Iam, quis inoffense morem patiatur eorum
Qui se consultos diuinorumque peritos
Magnifice, buccisque nimis turgentib. aiunt?
Horū aliquis, postquā uentrē sine lege saburrat,
Incipit, et quantum nec septem Stentores, ore
Clamoro increpitar, cui confidentia, maior
Quam decet, audaces animos facit. omnia nouit
Diuorum secreta, et agat quid Iupiter altus,
Quid Stygius. quas nā de manibus exigat illic
Atacus æterno pœnas in carcere. quoue
Ordine nunc illas, nunc has exerceat umbras.
Quæq; uidet solus fatorum conditor, et rex,
Et uix cœlitib. cunctis communicat, audax
Iste, uelut tripode a Phœbi, pronunciat. aude
An ne ita sit recum dubius mussare, peristi.
Toruior armenti quam dux deductus ab agris
In circum, dantur quoties tauræa triumphis,
Turpe caput decies quatit. a quo p̄tinus audis,
Non colit hic superos. istum mala factio uexat.
Si scelus in nostra terra hoc admitteret, igne
Igne luendum esset. Videsis, quod colligit iste,
In mentem minime tibi uenerat, illud agebas,

*hic erat
Miser
Cisse
Valentinus*

66
Vnde arcana deum, et libris non prodita, nosset
Tam bene mortalis, tenebrisque uolutus in istis.
Et, quod puridius, qui sic pronunciat in re,
Fors Epicuræus, uel deprendatur Apella.
Noui ego quuius auus coluisset sabbara semper,
Quuius uterq; parēs ~~saue~~ arserit igne, nec iisdē
A fatis tam gnarus abest, tamen audeat ipse,
Non colit hic superos, in quēuis dicere. Multi
Longe aliud sectantur iter. dextramq; seorsim
Adprendent, et amicitias simulare periti,
Blāditer adfanē, caue ab hoc, quē credis amicū.
Detrahit ille palam, clam te, quū nuper adessem,
Non merito dixit de te mala multa, mibique
Propterea iratus nunc est, quod amicus honoris
Ipse tui, famæq; memor, contraria dixi
Cuncta, pudefeciq; hominē. pulchre ista, sed ille
Qui sapiet, temere nihil huic effutiet. atros
Versat corde dolos monitor. quæcunq; loqueris
Imprudens, inter ridebit pocula mensæ
Alterius, tibi quem blando damnauerat ore.
O pestis genus inuisum. quis sauius ichneumon
Sic struit insidias? libyæ quis noxior anguis?
Que uel Hyena magis nocet astu? dii tibi faxint
Multa mala, humanis et cœtib. interdiciant,
Agnino quicunq; lupum sub uellere cælas.
Hostem amo, qui mecū nō porat, et odit aperte.

Huic

Huic ego, si indigeat, gravis benefecero. uultum
Sic finxit natura mihi, ne gaudia, amorem,
Mæsticiamq; odiūq; unquā simulare, uel unquā
Dissimulare queam. ueniant a corde necesse est
Aut uultus lepor, aut rugæ mihi. qualis in ima *imū*
Concipitur fibris, talis sine fraude maligna
Inq; oculis, inque ore mihi præfertur imago.
Atq; etiam ut nostro nec singula de grege liber,
Nec nihil attingam, faciunt mihi sæpe pudorem
Isti, qui exigua prostant mercede, sacramque
Vænalem cœnis saliarib. Hippocrenen
Proscribunt, quorū est ingēs heic copia, quando
Nulla malis unquam caruerunt secla poeris.
Cuilibet e uulgo dant carmina, carmina certe
Apta magis foricis, quam cedro. exordiaq; ipsa
Sumere ab aucupio uideas. nam protinus illud,
Mi bone Mæcenas, interuenit. inde sorores
Solicitare nouem, quasi non nisi uindice nodus
Numine dissolui queat, ad sueuere. uocato
Quid ramen effecere deo? ut tollatur in altum
Fumus hic, exspectes frustra. differtur ab aura
Circa humileis mundi parteis. et repit humi, ceu
Soriceus catulus, qui se promiserat æthram
Fissurum liquidam, dicer communia quædam
Et uulgata. pūra, deductum heroa probabit
Sanguine ab Iliaco. si tempore uixer eodem,

Esset, cui pœnas de circum mœnia tracto
Hectore, forte daret iuuenis Thetideius, atqui
Illum quem laudat, pudeat fortasse parentum,
Aut quia probrose, aut nullis maiorib. ortum
Nouerunt multi, fortasse imbellis, et agna
Mollior Euganea, uiso palleaceret hoste,
Non secus, ac infans Lamiã. circumq; uolanteis
Nocte pauet lemures, q; pmeat antra Trophoni,
Antra silenti umbra, tenebrisq; horrêtia fœdis.
Hoc tolerabilius, uates si fingeret apte.
Nûc, quû falsa canât, quû carmina pessima mēsis
Obtrudant, non re Musarum, amnisque Medusæ
Tædeat, et merito? non re scelerata Camenæ
Damna pudefaciant? o Phœbi dedecus ingens,
Parnassiq; pudor, quando schedia ista cacata
Effugere, ingratiss nec tandem audire licebit?
Verum ego ne satyrâ uidear nûc cōdere, quâuis
Tempora nulla magis satyrâ meruere, sit aulæ
Delibasse satis mores, et summa sequuto
Meta sit hæc. deinceps forsan me scribere, Cæsar
Quid mediterur, aues, scit nemo. fallitur ipse,
Et fallit, tamē heic, ut credo, hyemabimus. atqui
Est ut fama, minis dudum prospectat ab alris
Quândo suâ Cæsar ueniat nouus hospes ad urbē
Neruius, haud noui quā spōte. ad flumīa Rheni,
Atq; in Germanos abitus, frixisse uiderur.

Nuper

Kata τρον

Nuper imago fuit belli celebrata. putares
Rem fieri Romæ in campo de nomine Martis.
Nam cataphractorû centû, leui acynace primû,
Hastâq; clauaq; manum conferre parati,
Præsignes ad circum omnes ardentib. armis
Cum multis ibant morralibus. ipse iubatos,
Par ut erat, galearum apices, conoſq; tripiçtis
Fulgenteis plumis auium, pinusque dolatas
Præfragileis uidi, quarum sex, frangere calce
Nô multum addubitê. Si quidquã latius optas
Quære alium, norit qui fingere multa, poetam
Noſter Apollo rudis, non hæc ludicra paueſcit
Nec ſonar arma, niſi quû nos triculêta Gradiuⁱ
Effigies horrore quatit. quin, adſpice mores
Aonios uere. nactus rum tempora nugis
Opportuna meis, Louania ſolus adiui
Mœnia, Coclenique mei de carmine quodam
Nunc nuper factô, cerrum, uerumque ſubiui
Iudiciũ. ut tandem claudatur epiſtola, recto
Fac mi anime ut ualeas. tibi lucubratiõ uoſtræ
Vna hæc quæſo uiæ, quãuis leue, qualeq; cumq;
Sit ſolariolum. mihi erit quod iuſſeris ipſe.

Vale. Bruxellis Calendis Nouembrib.

M. D. XXXI.

L. Refendius, eidem Sperato Marriano
Ferrariæ, ad bellū Turcicū uenienti.

Dum fera Pannonicæ iuratus bella Viennæ,
Agmina Danubii per uada Turca rapit,
Colligit et Cæsar Germanum robur, Iberis
Cum turmis, hostiq; obuius ire parat,
Fama audita tibi ranti Sperate tumultus,
Et nob. socius sponte futurus ades.
Tiro quidem, sed qualis erat Chironis alumnus,
E, latebra, Troiæ ductus ad excidium.
O quem te, quantumq; refers, quam animosus, et acer
Quadrupedem impellis, qualis in ore decor.
Certe pulcher eras, uerum fulgentib. armis
Iudice me, augefcit forma, leporq; tibi.
Sis felix, decoreq; tuam fortissime dextram,
Et uati manda cætera, nempe tuo.

Eidem, a Cæsare sacramentis militarib. obstricto.

Quo te Pannonici cupido belli,
Martiusq; nouæ calor iuuentæ
Traxere ad trepidos citum tumultus
Mariane, Viennam ubi Hister amni
Spumanti adluit, arma, fulgidamq;
Tibi aprans galeam, coruscum et ensen
Cæsar, militiæ sacrata iura
Te iussit memori tenere mente.
Monerent alii hoc, uel hoc, uel illud,
Ego horum nihil. hæc quia ipse curas,
Sed solum moneo, ut subinde uoluas,
Quid sit Cæsarea manu ministra
Arma, et militiæ decus subire.

Ioannes Baptista Phaellus Bononiensis Bono-
niæ Impressit Anno Domini. M. D.
XXXIII. Mense Ianuario.





